



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quomodo intelligenda sit missio vtriusque, C

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Ecce iterum: Si abi ero, mittam eum ad vos. Et filius de se dicit: Exiui à patre, & veni in mundum. Ecce Apostolus dicit: Misit Deus filium suum. In Propheta autem scriptum est ex persona Dei: Cœlum & terram ego impleo. Itaque ubique Deus est, ubique ergo est filius, ubique etiam est spiritus sanctus. Illuc ergo missus est filius & spiritus sanctus ubi erat.

Quomodo intelligenda sit missio vtriusque.

C

QVOCIRCA quareendum est, quomodo intelligatur missio filii vel spiritus sancti: Pater noster solus, inquit Augustinus in eodem, nusquam legitur missus, sed filius, & spiritus sanctus. Et de filio primò videamus quomodo missum eum Apostolus dicat. Misit Deus filium suum, factum ex muliere: ubi satis ostendit eo ipso missum filium, quo factum ex muliere. Proinde mitti à patre sine spiritu sancto non potuit, quia pater intelligitur mississe eum cum fecit ex femina: quod utique non fecit sine spiritu sancto. Ecce hic dicit filium missus à patre & spiritu sancto.

Cap. 5. in ferius.

Galat. 4. 1.

Ibid. paulo inferius.

Quod à spiritu sancto filius sit missus, authoritatibus confirmatur.

D

ET quod à spiritu sancto filius sit missus, ut ait Augustinus in eodem. authoritatibus confirmatur: Ipse Christus dicit per Esaiam: Nunc misit me Dominus, & spiritus eius. De hoc Ambrosius in libro tertio de spiritu sancto ita ait: Quis est, qui dicit: Me misit Dominus & spiritus eius: nisi qui venit à patre, ut saluos faceret peccatores, id est, Christus: ergo & pater filium misit, & spiritus sanctus. Idem in eodem. Datus est à patre, ut Esaias dicit: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Datus est audeo dicere, & auctoritate, quia & à S. S. missus est. Dicit noster filius Dei, scriptura: Domini super me, propter quod unxit me: euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, & cetera. Quod cum de libro Esaiæ legeret, ait in Evangelio: Hodie completa est hæc scriptura auribus vestris, ut de se dictum esse

*Lib. 6. ca. 5.
eiusdem in
ferius.*

F 2 signaret.